



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De regular. & trans. ad relig. Consilium CCCCLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

*Premissa De supplen. neglig. pralat. latè Rebuff. in tract. de pacific. possess. nu. 2. 72. Ita ut Religiosus per suum Abbatem alicui beneficio etiam curato præfectus, possit ad nutum Abbatis (nisi ex malitia id faciat) ad suum Monasterium revocari, aut ad aliam Ecclesiam transferri. * Vnde consequitur, quod Religiosus sic beneficiatus à suo Abbate, & præsertim ad beneficium, quod ex fundatione vel incorporatione pertinet ad Religiosos seu regulares personas, maneat in obedientia sui Prælati, illiusque obedientiarum dicatur, etiam si quoad sacramentalia & diocesanam legem Episcopo seu Ordinario subijciatur, d. cap. 1. in fine, d. vers. præmissa, Clem. 1. & ibi Bonifac. de Vital. nu. 1. De regular. non etiam quoad conditionem personæ, c. Cum capella c. Ex ore De privileg. quæ sola respicit Prælatum, cui subest, Gloss. in Clem. Ne in agro §. ad hac, in verb. ad claustrum De statu Monach. Panor. in c. Quod dei timorem nu. 2. De statu Monach. Ratione cuius subjectionis nullam perpetuatur in beneficio habere potest, sed ad nutum est revocabilis ex natura manualitatis; quæ (ut diximus) regularia beneficia semper concomitantur.*

4. Quæ natura & consideratio facit, ut plus possit Abbas constituere circa suum Religiosum alicubi ad curatum beneficium promotum; non quidem, ut infringat regulam juris de conferendis beneficiis sine diminutione, d. cap. 1. *Ut Ecclesiast. benefic. sine diminut. confer.* sed ut tunc, cum ipsa Ecclesia, cui præficitur, & Ecclesiæ bona sunt incorporata Monasterio, sub onere præficiendi unum ex Religiosis Monasterij, in arbitrio Prælati seu Abbatis sit, quantum velit suo Religioso pro vitæ alimentis, & congrua portione ex eisdem bonis assignare. Cum enim universa bona sint Monasterij, cui Ecclesia incorporata est, & ex se nihil habere possit Religiosus, imò nec ad huiusmodi Ecclesiam promoveri, nisi ratione huiusmodi incorporationis (nam illa cessante, opus est dispensatione, Bonifac. de Vital. in d. Clem. 1. De regular. nu. 10. Rebuff. in praxi benefic. lib. 2. tit. De dispensat. cum regular.) satis debet illi esse, si ad sufficientiam ei ex illis assignetur aliqua congrua portio; ultra quam quicquid est, Monasterij est. Proinde præsuppositâ huiusmodi incorporatione, sequitur quod in potestate Abbatis (non Episcopi) sit, ex decimis seu bonis unius Ecclesiæ, Religioso suo alterius Ecclesiæ curato congruam portionem non habenti, aliquid alteri, qui abundat, detractum adijcere. Quæ enim invidia, aut quod inconveniens est, si quod propter abundantiam suo Religioso detractum, Monasterio referre posset, id alteri propter incongruam portionem adijciat? l. 1. §. idem autem De qua pluvia arcent. Instit. De lege Fusia Can. tollen. * Sanè si hac in re Abbas modum excederet, & suo Religioso nimis detraheret, nec tantum relinqueret, quantum satis esset ad congruam portionem, & ad se honestè exhibendum, eo casu posset Religiosus adversus suum Abbatem iustè querelam deponere, & sic iniquitatem detractionis ad congruam portionem reducere, c. 2. De supplen. neglig. pralat. idque inoffensâ obedientiâ, quam suo superiori debet, cum jus permittat Religioso ex his & similibus causis in iudicio etiam consiliter adversus suum superio-

Cons. Wamef. Tom. II,

rem, c. Ex parte & ibi Doct. De accusat. Rotâ decis. 350. alias est 10. sub tit. De iudiciis in novis.

Ceterum si Ecclesia, de qua quæritur, cum suis bonis non sit incorporata Monasterio, sed Abbas tantum habeat jus præficiendi unum ex suis Religiosis, qui eo casu perinde non desinit esse obedientiarius, *l. ubi supra cit.* minor erit Abbatis potestas: cum non possit beneficium hoc conferre cum aliqua diminutione, aut collatum pensionem aliquâ gravare, multò minus per unionem aut dismembrationem minuire, d. cap. 1. De supplen. neglig. pralat. Clem. 1. eod. tit. Clement. 1. §. ad hac & ibi DD. De statu Monach. Et cum hoc facere tentat, non debet Episcopus sic præsentatos Religiosos admittere, c. De Monachis De præben. & si iusta causa huiusmodi alicuius faciendi occurrat, facere id debet auctoritate Episcopi diocessani, d. c. De Monachis Bonif. de Vital. in d. Clem. 1. §. eadem De supplen. neglig. pralat. sed ita, ut Religioso sic præsentato & promotus de proventibus Ecclesiæ tantum permaneat, unde iura Episcopalia persolvere, congruam sustentationem habere, & hospitalitatem exercere possit, d. c. 2. De supplen. neglig. pralat. d. c. De Monachis.

Quamvis igitur ex præmissis satis intelligi possit, quid censendum sit de quæstionibus propositis, ut tamen ex comperta rei veritate certius responderi possit, quod Religiosus, qui nos consulit, hac in re sine periculo & offensa facere possit, consultum erit inquirere, quale jus Abbas seu Monasterium habeat in Ecclesia parochiali, de qua quæritur, hoc est, an pleno iure ad Monasterium pertineat; ut solet esse, cum Monasterio Ecclesia cum bonis suis incorporata est, & ad Abbatem pertinet institutio & destitutio beneficiati: an verò dumtaxat quoad præsentationem beneficiati, ipsâ Ecclesiâ mensâ Abbatis seu Monasterij minime unitâ. Nam pro varietate veritatis facti, variat quoque juris ratio; de qua Domino consulenti tunc propius respondebimus.

De regular. & transf. ad relig.

S V M M A R I V M.

Monachus an beneficii capax sit.

1. Taxa excessum quis probet.
2. Nominatio uni directâ non valet ad beneficium, quod Collator cum alio commune habet.
3. Confirmans an det.
4. Beneficium sine canonica institutione obtineri non potest.
5. Quis que ex suo non alieno iure agit.
6. Religiosus secularium beneficiorum incapax est.
7. Religiosus non debet dispensari ad duo beneficia.
8. Religiosus ad beneficium promotus manet in obedientia sui superioris.
9. Regularis canonicus monachus est.
10. Beneficia regularia regularibus, secularia secularibus conferenda.
11. Status ultimus beneficii inspiciendus.
12. Provisio nova purgat vitium prioris tituli in beneficiis.

Hh. CON.

CONSILIVM CCCCLVII.

IN beneficii causa super Capellania seu altari Sancti Nicolai in parochiali Ecclesia de Outhensden, quæ coram Reverendo Domino Abbate S. Gertrudis oppidi Lovanien-
sis pendet, inter D. Ioannem à Raetdwyck Impetrantem, ac Fratrem Ioannem vander Eycken Opponentem, potiores partes nobis habere videtur dictus Impetrans; tam ex abundantia & iustitia tituli, & proprii juris, quàm ex defectu juris in Opponente. † Nam de iuri bus ac potestate facultatis nominandi, per felices recordationis Sixtum Papam Quartum Rectori & Vniversitati Lovanienſi concessæ, nihil dubitandum est; tam ex auctoritate concedentis, *Clem. 1. in fine Vt lise pendente*, quàm ejusdem certo & indubitato ulu; concurrente idonea qualitate Impetrantis, quàm & Opponens respondendo agnovit; conditione beneficii non repugnante, cum per Opponentem nusquam positivè allegatum sit, fructus hujus beneficii excedere valorem Bullæ Sixtinæ comprehensum. Sufficit enim nominato, quod dicat beneficium non excedere taxam seu valorem Bullæ Apostolicæ comprehensum, *Rebus in tract. nominat. quest. 9. nu. 43.* prout Impetrans fecit: ita ut adversario asserenti excessum valoris incumbat illius probatio, *Felin. in c. Ex literis De probat. barbat. in c. Ad aures De rescript. Rebuff. d. nu. 43.* observatis denique, quæ in executione hujusmodi gratiæ pro obtinendo beneficio requiruntur. Quemadmodum etiam Opponens, impugnando jus Impetrantis, nullum circa præmissa defectum objicit: excepto eo solo, quod Opponens objiciat, hoc beneficium non fuisse comprehensum sub gratia Impetrantis, quæ ad Abbatem in Berna fuit directæ; cujus solius negat beneficii hujus esse collationem: asserendo eam pertinere ad Abbatem & Investitum, seu Curatum dictæ parochialis Ecclesiæ de Outhensden.

* Cum enim uni tantum dirigatur nominatio, non potest virtute illius acceptari beneficium, quod Collator, ad quem nominatio directæ est, in conferendo cum alio commune habet, *c. Cum in illis §. fin. de prob. lib. 6. Marian. Socinus senior conf. 1. Visis & discussis vol. 3. Petrus Anchar. conf. 114. pro impetrante nu. 3.* in quo articulo hæret status hujus causæ. Verum non juris, sed facti hic versatur quæstio: an scilicet hujus Capellaniæ collatio conjunctim pertineat ad Abbatem & Curatum? Interim in defectu claræ & liquidæ probationis, juris præsumptio inclinat adversus Opponentem: ob id, quod ipsemet Opponens ex solius Abbatis præsentatione admissionem & institutionem obtinuerit, & sic ex sua parte Abbatem solum beneficii hujus Collatorem constituat, & constituendo merito pati debeat, ut & Impetrans dicat ac sustineat, Abbatem solum fuisse Collatorem, *tit. d. Quod quisque iuris.* Quamvis interim Registra, per Impetrantem exhibita, ejus intentioni plurimum suffragentur: quod in ijs Abbas ponatur Collator, & in catalogo Collatorum non conspiciatur Curatus seu Investitus de Outhensden. Ita ut parum curanda videantur duarum præsentationum exempla, in quibus dicitur Abbatem & Investitum conjunctim

præsentasse. Nam ex eo jus non immutatur, neque præsentandi potestas ei, cui non competit, adicitur, etiam si aliquid ad nudam possessionem facere videatur, *c. Consultationibus de iure patron.*

Nec quicquam Opponentem iuvat accedens, approbatio & confirmatio Domini Lamberti modernæ Investiti dictæ Ecclesiæ de Outhensden. Nam in primis potestas præsentandi non exercetur nec acquiritur per approbationes præsentationum ab alijs factorum; cum id nemini sit vetitum, & confirmans tantum non videatur dare, *h. More & ibi Doct. De iurisdic. omnium iud.* Deinde in fraudem nominationis facta est ea approbatio; idque diu post acceptationem Impetrantis, & D. Abbatem requisitum; imò etiam post citationem in ipsum Opponentem executioni mandatam; sic ut nihil dubitetur, quin ex composito hæc acta sint, ut accedente personâ Investiti Impetrans excluderetur. † Et denique quod non confert de formali aliqua per Investitum facta præsentatione; neque ex aliqua approbatione, aut præsentatione Investiti securam esse aliquam canonicam institutionem: sic ut respectu Investiti nihil juris habeat Opponens; quia ex ejus capite institutus non est, & sine canonica institutione nullum beneficium obtineri potest, *c. Beneficium De regul. lib. 6.*

Quæ quidem consideratio deficientis juris in ipso Opponente potissima est. Etli enim regulariter ex suo quique jure agat & experiatur, non ex defectu juris adversarii, *l. Vt frui si usufr. per. l. 1. §. 1. Si pars hæred. petat.* in beneficiis tamen caulis hoc particulariter recipitur, ut ex defectu juris partis adversæ jus contententis corroboretur. * Quamobrem cum præterea jus Opponentis ex propriæ personæ conditione quoque nutet ac vacillet, nihil hærendum videtur, quin hoc beneficium Impetranti adjudicetur. Conditio autem propriæ personæ in incapacitate consistit, quod Opponens sit Monachus religionem professus; ideoque beneficiorum sæcularium omnino incapax, *c. 2. de statu monachor. saltem sine dispensatione Apostolica, c. Quod Dei timorem eod. tit. & ibi Glof. de quâ hic non constat.*

Neque ad rem facit, quod Opponentiam antea obtinuerit parochialem Ecclesiam de I. nam principio id inducit multo maiorem incapacitatem, quia Monacho aut Regulari non debet concedi dispensatio ad duo beneficia; & Monacho quodlibet beneficium est incorporabile, *c. cum singula De proben. lib. 6. Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. cum Regul. potestque fieri, ut Religiosus recte obtineat unum beneficium, quod ex fundatione vel incorporatione specialiter pertineat ad Religiosos seu Regulares personas illius Ordinis, Clem. Vt professores & ibi Bonifac. de Vital. in 10. notab. De regular. non tamen inde sequitur, quod plura beneficia personis etiam ejusdem Ordinis, & multo minus sæcularibus deputata obtinere possit.*

Deinde planè vanum & futile est, quod Opponens existimat per promotionem suam ad Ecclesiam, se Monachalem statum & obedientiam superiorem exuisse: nam id non magis possibile est, quàm ut quis in medio sole existens, umbrâ suâ

exeat: cum in libera potestate sui Abbatis seu Prælati sit, sic Ecclesijs præfectos ad Monasterium pro lubitu suo revocare; quia minent obedientiarj, c. 1. §. in eos de privileg. lib. 6. Clement. 1. vers. præmissa de supplen. neglig. prælat. Quamvis quoad sacramenta, & quæ diocelane legis sunt, Episcopo seu Ordinario subijciantur, non quoad conditionem personæ, c. Cum capella. c. Ex ore de privileg. Mansit itaque & permansit Opponens, & vitâ durante manebit Monachus Religiosus ac Regularis; cum Monachus, etiam si efficiatur Abbas, nomen Monachi seu Religiosi non deponat, c. Cum ad nostram, c. Cum causam. Officij de elect. c. Nullus eod. tit. lib. 6. & Religiosus ad dignitatem assumptus, teneatur ad observantiam regulæ, D. Thom. 2. 2. quæst. 185. Verum quidem est, Monachum, qui ex speciali dispensatione Pontificia ad aliquod seculare beneficium assumitur, aliquâ ratione eximi ab obedientia sui superioris: sed cum viâ ordinariâ per suum superiorem seu Abbatem promoveatur ad aliquam Ecclesiam suo Monasterio subiectam aut incorporatam, & ad quam solent ordinarij promoveri Monachi certi alicujus Monasterij, manet obedientiarj, Gl. ff. Clement. Ne in agro §. ad hac, in verb. ad clausum de statu monach. Pandr. in d. c. Quod Dei timorem nu. 9.

9. Somnium quoque est, quod Opponens dicit, se Canonicum regularem, quia ordinem Præmonstratensem professus sit: nam omnis canonicus regularis monachus quoque est, & in nullo penè differunt, c. 2. de postul. 1.

Longè absurdissimum est, quod novissimè Opponens prætexit, quasi Monachis Præmonstratensibus speciali privilegio sit concessum, obtinere beneficia secularia: nam id nusquam in corpore juris inclusum invenitur, & per Opponentem specialiter non probatur. Eo enim loco, quem ad hoc Advocatus allegavit, d. c. Quod Dei timorem, nulla est Præmonstratensium specialis, sed omnium Monachorum in genere mentio prohibitiva, ne Monachi temerè assumantur ad beneficia secularia.

10. Sed et si Opponens idoneam qualitatem haberet ad obtinendum beneficia: hoc tamen ad istud beneficium extendi non posset; ob id, quod hoc beneficium non consueverit conferri Religiosis, sed secularibus clericis; ut patet per exempla præteritarum præsentationum per Opponentem exhibita. Regularia enim regularibus, secularia secularibus conferenda sunt, c. Cum de beneficio de præb. lib. 6. Felin. in c. In nostra de rescript. Selva in tract. de benef. parte 3. quæst. 58. Nec potest hic ordo aut forma per Collatorem ullo modo mutari.

* Et sic cum Opponens non tantum non probet hoc beneficium umquam fuisse collatum Religioso, seu monacho, vel Canonico regulari, sed præterea allegationem Impetrantis, quod soleat conferri clerico seculari, simpliciter contestatur; & constat quoque, novissimum possessorem secularem clericum fuisse, ex literis institutionis per Opponentem exhibitis; nihil juris potest Opponens in eo competere, etiam si beneficiorum plurium esset capax: sed debebat Abbas ultimum statum beneficij sequendo (uti

Conf. Wamef. Tom. II

semper oportet, d. c. Cum de beneficio, Bald. in l. Si mater C. Ne de statu defuncti.) illud conferre seculari clerico, non suo Monacho. Sic ut multis modis appareat, Opponentem nihil prorsus juris, & ne quidem coloratum titulum prætexere posse, propter notoriam incapacitatem personæ, & beneficij huius conditionem; hoc est, quod non Monacho, sed seculari clerico conferri debuerit. * Et quamvis hæc sufficiant pro sustinendo iure Impetrantis; ad superabundantem tamen cautelam impetrata & exhibita nova provisio omnem scrupulum discutit: ita ut si forte aliquo modo constare posset, ad solum Abbatem non pertinere huius beneficij collationem, sed coniunctum cum alio, seu alijs: nihil inde periclitetur causa Impetrantis. Nova enim provisio pro confirmatione, & expurgatione defectuum est, si qui in priore collatione, sive provisione fortè latuerant, Notant Doct. in c. Post electionem de concess. præben. ita ut ex nova provisione non acquiratur propriè novus titulus, sed prior corroboretur, Rebuff. in praxi benefic. lib. 1. tit. de nova provis. Ideoque non rectè obijci Opponens Impetrantem vii duobus diversis titulis.

De regular. & transf. ad relig.

S V M M A R I V M.

Religiosi bona ad aliud Monasterium transeuntis.

1. 3. Regularis Monasterium ingressi bona an irrevocabili-
ter Monasterio acquirantur si Monachus ad aliud
Monasterium postea transeat.
2. Domino per servum semel acquisitum semper eum manet.
4. Clericum vel Monachum alterius diocesis nemo sus-
cipere debet.
5. Regularis seu Monachus in causa sui Monasterij testis
monium dicere potest.

CONSILIVM CCCCLVIII.

DECRETUM, quod in causa conventiona-
li latum est, inter Iacobum Hygen
Actorem convenientem, ac Patrem, &
Conventum Monasterij Cœlestinorum
in Heverle conventum, aperte demonstrat, n quo
hæreat huius causæ reconventionalis status & dif-
ficultas: in duobus scilicet; primum in proba-
tione vitæ Domini, & Fratris Iudoci Govaerts,
quod facti est; alterum in eo, quod juris est, an
reditus, de quo controversia est, solvi debeat
Monasterio Heverlensi, in quo Frater Iudocus
religionem professus est; an verò Monasterio, ad
quod se dictus Iudocus transiit?

Et sanè quod ad prius attinet, sufficienter, post
latum hoc decretum, probata est præfati Iudoci
vita; non tantum pro illis annis, quorum pen-
siones petuntur, sed etiam hac hte pendente. Cum
alioqui etiam ipse Reus satis aperte confessus
sit, Fratrem Iudocum vixisse illis annis, quorum
mentionem faciunt reconvenientes in urdecim
articulo libelli reconventionalis; qui sunt illi, pro
quibus reconvenientes petunt arreragia dicti vi-
talis redditus quinque florenorum; qui eidem Iu-
doco ab ejus avunculo legati sunt, cum perveni-
ret ad probatum aliquem statum.

Supereft ergò tantum quæstio juris, An quia

El h 2

Frater